

Sermo

discipulis ut apponerent turbe. **Hinc** **Lho-**
ij. dicit. **Hanc** temptationem permisit deus eue
nire ei: ut posteris daret exemplum patientie
eius: sicut et sancto iob. **hinc** **Jac. v.** **Exem-**
plum accipite fratres exitus mali et longanmi
tatis laboris et patientie sanctorum: et subiun
git. **Ecce** beatificamus eos qui sustinuerunt.
Sufficientiam iob audistis et finem domini vi
distis. **Tertio** patientiam exhibebant in suis
passionibus ut premia cumularerent. **Nemo** enim
ut ait veritas coronabit nisi qui legitime cer
tauerit. **Legitime** autem certat qui passioni pa
tientiam supaddit: **hinc** veritas dicit apostolis.
In patientia vestra possidebitis animas ve
stras. **Ac** si dicat. **Passiones** parum valent:
sed ex patientia supaddita animas possidemus?
Hinc apostolus. **Si** quis putat se aliquid scire
et nondum scit quod oporteat eum scire. in quibus
verbis nobis insinuat quod passio sine peniten
tia parum valet. **De** quibus meritis dicit apo
stolus. **i. Corin. iij.** **Illud** quod momentaneum
est et leve tribulationis in presentia super modum
in sublimatione eternum glorie pondus opa
tur in nobis. **Non** enim ut idem ait sunt con
digne passiones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabit in nobis. **Et** sic patet primum
membrum scilicet quod gloriosi isti principes via su
erunt. **i. viriliter** vixerunt. **Ad** **Secundum** secundum
principale scilicet misericordie: in quo declaratur
quid nobis effecerunt. **Sibi** enim dura et aspe
ra impendebant et nobis misericordiam exhibe
bant: et hec est religiosa iusticia. ut quis si
bi durus et alius sit remissus: quis in multis
religiosis precarium videatur qui sibi sunt re
missi et alius nimis duri. qui ut ait veritas
imponunt gravia et importabilia in humeros
hominum. **digito** autem suo nolunt ea mouere.
Dicit autem bernardus quod gloriosi isti principes ex tri
plici causa dicuntur viri misericordie. **Primo**
quod misericordiam a deo sunt secuti. **Secundo**
quod misericordia pleni. **tertio** quod a deo nobis
misericorditer sunt donati. **De** primo scilicet
quod a deo misericordiam sunt secuti: et nullis
eorum meritis a deo sunt preuenti dicit **Jo**
han. xv. **Non** vos me elegistis: sed ego e legi
vos et posui vos ut eatis et fructus afferatis
et fructus vester maneat. **Quam** electioem apo
stolus aperit insinuat ad **Lbi. di.** **Ad** ex

operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam
misericordiam saluos nos fecit. **Secundo** dicit
sunt viri misericordie: quod misericordia pleni
quod in vita eorum et in actibus legitur euiden
ter. **Ibi** enim legitur quod discurrebant: quod
modo seipos impendebant: quod etiam suis
persecutoribus misericordiam exhibebant. **Ter**
tio dicit sunt viri misericordie: quod misericor
diter nobis a deo donati sunt ut in eorum lapsi
bus: et rursus in eorum virtutibus discamus
quid a domino sit sperandum pariter et timen
dum. **Unde** **Gregorius.** **Narrat** nobis sacra scri
ptura sanctorum gesta ut ad imitationem cor
da prouocet infirmorum. dumque illorum victi
cia facta commemorat. contra viciorum prelia
debilia nostra confirmat. **Ad** nunquam autem
non solum nobis virtutes sed et casus innotescit
ut et in victoria fortium videamus quid
imitari debeamus: et in lapsibus quid timea
mus. **Ecce** in precipuis apostolis petro et pau
lo videmus lapsus in quos ceciderunt. vide
mus et summam dignitatem in quam surrexerunt
ut ex consideratione lapsuum trepidemus: et ex
consideratione reparationis non desperemus
fiduciam nostram erigentes in dominum iesum.

XLIII. Sermo de eodem.

Quoniam fratres quomodo
modo vos oporteat imitari nos
Neque enim panem gratis mandu
cauimus sed in labore et fatigatione nocte et
die operantes ut nosmetipsos formam dare
mus vobis **Lxx. iij.** **Dicit** **Gregorius.** **Al**
li modis omnibus ad exemplum viuendi de
betur pertrahi: qui cunctis passionibus carnis
mortui: tamen spiritualiter viuunt: qui prospera
mundi postponunt. qui nulla aduersa per
timefcunt. qui sola interna desiderant. qui
nulla illicita perpetrare et perpetrata ab alijs
deplorant. qui se imitabiles in cunctis que
agunt insinuant: et nihil in se habeant quod
erubescant. **Et** quod gloriosi isti principes hanc
descriptionem in vitam suam veraciter trans
plantabant. ideo ipsi se nobis proponunt in
exemplum imitationis sine rubore: dicentes
nobis verbum propositum. **S**ed in qui
bus verbis duo possumus intelligere: scilicet
cet imitationis exhortationem. **Secundo** vite sue

quam imitari debeamus descriptionē. pri-
mum ibi. scitis fratres. scdm ibi. neq; panē
gratis manducauimus. **¶** Si ad eorum ex-
hortationē eos deueuerimus imitari in mē-
bris in priori sermone expositis de eis: ipos
possumus veraciter imitari. vt sicut ipi viri
liter agentes in conuersatione continentiaz
in predicatione sapientiam. in passione pati-
entiam dño exhibebant. sic et nos eadez tria
in vitam nostram possumus transplantare
¶ Decego per ordinem psequentes. primo
in vitam nostram puram continentiam tras-
plantemus. primū ante omnia dñm depre-
cantes vt eandem continentiam nobis donet
q̄ ipsa enim est tante nobilitatis et virtutis
vt nullus eam p se et ex pprijs virib; habere
valeat. nisi dederit eam deus. et hoc est q̄ sa-
pi. viij. dicitur. Non possum esse continens
nisi deus det. et hoc ipm erat sapientie scire cu-
ius esset hoc donū. Quis enim a se habere
poterit qd̄ tante virtutis reputabitur in scri-
ptura. Sic enī dicitur Ecclē. xxvi. Omnis
ponderatio non est digna cōtinentis anime
Que cum deuote a deo postulata fuerit: tūc
homo ad ipsam acquirendam de libero suo
arbitrio et pprio conatu debet ponere q̄ntuz
potest. qd̄ etiam a nobis requirit de? dicens
singulis nobis illud Ecclē. xxx. Cōtine et cō-
grega cor tuū in sanctitate. **¶** Qd̄ nisi homo
posset non diceretur nobis Ecclē. iij. Sapi-
entis cor et intelligibile abstinebit se ab illis sci-
licet peccatis: et tunc in operibus iusticie suc-
cessus habebit. Debemus autē nos a tripli-
ci malorum genere continere scilicet a dam-
nabili iniquitate. delectabili voluptate et in-
ordinabili superfluitate. quia primū priuat
nos regno celozū. scdm consolatione spiritu
alium bonozū. tertium statu perfectozū. Pri-
mo dico debemus nos continere ab iniqui-
tate damnabili. hoc est a peccatis mortalib;
pp̄ter qd̄ solūmodo damnamur. Nam vt ait
Joban. iij. Qui facit iniquitatē peccatum
facit: quia iniquitas peccatū est. Vocat autē
hoc peccatum mortale damnabile ad diffe-
rentiam aliozū peccatozū que nō damnant
sed reformant: vt sunt venalia. Peccatum
autem mortale iō sic dicitur est: qz mortificat
et damnat pertrahens ad infernū. teste ps-

Conuertantur peccatores ad infernū. quis
autem damnantur in inferno celo priuan-
tur. **¶** Secdo debemus nos cōtinere a delecta-
bili voluptate: qz nunq; spūales erimus ni-
si a nostris nos voluptatib; abstrabamus.
hinc Ecclē. xvi. Si dederis anime tue volu-
ptates suas: faciet te gaudiū inimicis tuis:
et iterū. Et voluptatib; tuis auertere. **¶** Qd̄ autē
voluptas impediāt spūalem consolationē
dicit Job. Lapidēs cauant aque. qd̄ est di-
cere. Et que carnaliū voluptatum excuant:
id est attenuant lapides: id est religiosi for-
tes et duros ad modū lapidū. vnde Aug⁹.
Si animus habere unde oblectetur extrinse-
cus sine delictis manet intrinsecus. qz vt ait
Esa. xvij. Angustatum est stratū ita vt al-
ter decidat: qz simul in vno corpore ambe de-
lectationes capere se non possunt. Nam vt
ait Bern. Impleri anima visitationib; dñi
non poterit que carnalib; desiderijs subia-
cet: sed q̄nto illis euacuabitur: t̄nto istis im-
plebitur. si multum: multū. si parū: parum
¶ Tertio abstinere debemus ab omni inordi-
nabili superfluitate solis necessarijs cōtenti
Illa enim promissa sunt a deo patre nobis
in viaticum volens vt nequaq; pro vite ne-
cessarijs sollicitemur. sic enī ait veritas ma-
thxi. vi. Nolite solliciti esse dicētes. quid mā-
ducabimus aut quid bibemus. scit enim pa-
ter vester celestis quid vobis necesse sit. hinc
Ecclē. xxix. Tantum fideliter age et inuenies
omni tempore quod necessariū est. Qui au-
tem promisit necessaria voluit nos oīa sup-
flua deuitate. hinc prouer. xxx. Duo rogauit
te ne teneges mibi anteq; moriar. Vende
citatem et diuitias ne dederis mibi. sed tri-
bue tñ victui meo necessaria. ne forte satu-
ratus illiciat ad negandū et dicam. quis est
dominus: et egestate compulsus furer ac p-
iurem nomen dei mei. Ex his ergo q̄ dicta
sunt vera et sancta constituitur continentia:
quā qui in vitā suā transplantauerit forni-
mum habet iniciū sancte vite. que cū ma-
gna sit: non erit ab homine sed a deo. Sic
enim dicitur Sapi. viij. Sciui quoniā ali-
ter non possum esse continens nisi deus det:
et hoc ipsum erat sapie scire cuius esset
hoc donum. **¶** **C** Secundo habebant
44

sancti apostoli sapientiam in predicatione. sic et nos studeamus habere sapientiam. et si non in predicatione: quod paucorum est. salutem in operatione: ut sapienter omnia nostra opera disponamus. quod facere monemur per apostolum Jacobum dicentem. Estote factores verbi. non dicit. estote predicatorum. nam et ipsa predicatio apud deum modicum reputatur nisi factio operis adiungatur. unde apostolus. Qui dicit se nosse deum sed in predicatione: et mandata eius custodit mendax est. De hac sapientia a quam sancti homines denominatiue sapientes dicuntur tria per ordinem ponantur: scilicet quid dicatur per nomen sapientia. secundo quibus debeatur. tertio que utilitas consequatur. Primo dicamus quid sit sapientia. que nihil aliud est nisi deus. et Salomon in proverbia. Sapientia edificavit sibi domum. de qua dicit Job. xviiij. Sapientia abscondita est ab oculis omnium viventium quia ut ait ysidus. Deus sibi soli cognitus est. et homini assumpto. de qua adhuc expressius dicit apostolus ipsum dei virtutem et dei sapientiam. hec autem sapientia datur in spiritu bonis hominibus et occulte. de qua dicit Job ubi supra. Sapientia ubi inuenitur: et quis est locus intelligentie eius: et respondet Sapientia trahitur de oculis. hoc est de spiritu interiori. Secundo dicendum quibus debetur: et quibus exercitijs acquiratur. Dabitur autem triplici generi hominum: scilicet humilibus. separatis a carnalibus et alienatis a tumultibus mundi. De primo dicit Job ubi abyssus dicit. Non est mecum sapientia quod exponens Gregorius dicit. Quid per abyssum nisi superbi signantur. qui cum dicant Sapientia non est in me: relinquunt per oppositum quod in humilibus requiescat. Secundo sapientia datur abstractis a carnalibus. et hoc iterum dicit Job. Sapientia non inuenitur in terra suaviter viventium: id est non inuenitur in cordibus eorum qui voluptuose vivunt. hinc Esa. xviiij. Quem docebit scientiam: et responderet. Ablactatos a lacte: auulso ab uberibus. de quibus Gregorius. Quisquis adhuc huius vite voluptatibus pascitur ab eterne vite intellectu separatur. Tertio debetur sapientia alienatis a mundi tumultibus.

unde Job ubi supra. Mare dicit non est mecum. Quid per mare quod inquietum est et tumultu agitur: nisi laborantes in seculo intelligimus. in quibus quia sapientia non est. relinquuntur quod habitet in abstractis. de his tribus dicit per Esa. lvi. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum et contritum spiritum: et tremmentem sermones meos: per hoc quod dicit pauperulum tangit humiles: cum autem addit contritum spiritum tangit abstractos. cum vero subiungit: et tremmentem sermones meos: tangit alienatos a mundi tumultibus. Tertio dicendum est que utilitas consequatur eos quos inhabitat sapientia. Et dicimus quod possident omne bonum. Cum enim deus sit summum bonum necessario relinquuntur. ut qui deum habuerit qui est vera sapientia in se habeat omne bonum. Ipse enim est illa sapientia de qua dicit Jacob. iij. Que de sursum est sapientia. primum quidem pudica est. deinde pacifica. modesta. suavis. bonis consentiens. plena misericordia et fructibus bonis. In hac descriptione diuine sapientie tangitur omne bonum. Hec tamen sapientia diuersos diuersimode inhabitat. scilicet quod plus et minus ad sapientiam se disponunt. Nam incipientibus dat timorem. proficientibus laborem: perfectis primum dat sapientiam. De primo dicitur. puer. ix. Inicium sapientie timor domini. qui autem hunc timorem habuerit bona non negligit et solite cauet officium malum. nam secundum psalmum. Nihil deest timentibus eum. Secundo hoc est in medio proficientibus dat laborem: faciens efficaciter operari. vtiliter laborare. deus enim cooperans dat virtutem operibus. ut ab ipso gratissima acceptetur et fiant digna remuneratione eternorum que sine deo penitus nil valerent. Ad considerans sapiens pergit dicens. Da mihi domine sedium tuarum assistentem sapientiam: ut mecum sit et mecum laboret: ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. Quod enim sine deo facimus vix usque ad mortem permanet. quod autem cum deo facimus permanet in eternum: que admodum cooperans est eternus. Et hoc est quod ait Gregorius. Domine quod secundum presens seculum agitur vix usque ad mortem sufficit. quod vero pro eterna

vita agitur etiam post mortem seruetur. et tunc apparere incipit cum laborum carnalium fructus ceperit non videri. Tertio hoc est in fine dat saporem: afficiens eos de omnibus prout singula sapiunt secundum veritatem. de qua sapientia dicit Bernardus. Inuenisti plane sapientiam si singula tibi sapiunt prout sunt. peccata et vicia tanquam vilia et omnino fugienda. temporalia autem velut caduca et omnino contemnenda. eterna vero tanquam summo desiderio affectanda. Nec tales affectus insunt nobis ex iudicio rationis velut coacti: sed ex sapore sapientie sic simus velut naturaliter affecti. Habemus ergo veram sapientiam si peccata desiccamus. si huius seculi desiderabilia contemnamus. si futura bona scilicet celestia toto desiderio appetamus. De hac sapientia dicitur puer. viij. Melior est sapientia cunctis opibus preciosissimis: et omne desiderabile non potest ei parari. Talis enim sapientia vnit nos deo et assimilatur. et taliter affecti non possumus aliud velle quam quod deus vult: dicit Bernardus. Unitas spiritus cum deo est voluntatis perfectio: cum iam non solum vult quod deus vult: sed in affectu est perfectus: ut non possit velle nisi quod deus vult. Velle autem quod deus vult hoc est iam deo similem esse.

Tertio gloriosi isti principes in passione habebant patientiam: sic et nos in omnibus que patimur non solum patientiam habeamus: sed gaudentes et hilariter sufferamus. iuxta illud Iacobi. Omne gaudium existimate fratres: cum in varias temptationes incideritis. Est autem triplex patientia secundum statum triplicem electorum: scilicet incipientium. proficientium. et perfectorum. et secundum hanc diuersitatem statuum patientia variatur. Nam incipientes debent mala sua sustinere patienter. proficientes autem libenter. perfecti vero gaudentes. Qui tres modi secundum triplicem hunc statum inueniuntur in paulo. nam in primo stetit cum ij. Corin. viij. dixit Tribulationes patimur sed non angustamur. que verba sonant: quod patitur patienter. In secundo stetit cum ibidem. xij. dixit. Ego libentissime impendar: et superimpendar. per ansam vestris. ecce libenter. in tertio stetit cum ad Gal. vi. dixit. Vbi absit gloriari: nisi in cruce domini nostri iesu christi:

et iterum. Superabundo gaudio in omni tribulatione. hoc totum agente in hominibus sanctis domino iesu christo etc.

XLV. De inuentione sancte crucis.

Benedictum est

lignum per quod fit iusticia. sapientia. ruij. Dicit Gregorius super illo verbo Job. Lignum habet spem. In sacra scriptura ligni nomine crux domini figuratur: et subiungit exemplum: sicut cum dicitur. Mittamus lignum in panem eius. lignum quippe in panem eius mittere est domini corpori crucem adhibere. Sic in proposito lignum per quod fit et facta est iusticia: non est aliud nisi crux christi: eo quod nullum lignum idoneum fuit ad faciendam iusticiam nisi illud. Duius ergo verbi occasione tria per ordinem prosequimur: scilicet de huius ligni benedictione. ligni crucis distinctione et iusticie exhibitione. Primo dico dicendum est de huius ligni benedictione: hoc est. cur hoc lignum sit et dicatur benedictum.

De quo sciendum quod in veteri testamento propter triplicem causam benedictionem legitur exoptatam scilicet propter liberationem. propter feminis multiplicationem et celi glorificationem. propter quas tres causas reuerendum lignum crucis nunc merito dicitur benedictum. Primo dico sancta femina Judith benedicta legitur propter populi sui liberationem. de qua. iij. dicitur. Benedixit te dominus in virtute sua: quia per te redegit ad nihilum inimicos nostros. Item in eodem. xv. Tu gloria hierusalem. tu letitia israel. tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter et confortatum est cor nostrum. ideo eris benedicta in eternum. Que non ob aliud meruit hanc benedictionem: nisi quia ab inimicis suis dei populum liberauit. Secundo thobias benedicitur propter feminis multiplicationem: ut ex eo et uxore eius sara soboles procreentur et procreate multiplicentur. Sic enim dicitur Thobie. ix. Benedicat te dominus deus israel: et dicat benedictio super uxorem tuam et super patres vestros et videatis filios vestros et filios filiorum vestrorum usque in tertiam